

Quarti Ethicorū

Folio xxxix



E iusticia autē et iniusticia intendendum. et circa quales sunt existentes operationes. Et qualis mediocritas est iusticia et iustum. quorum mediocritas autē nobis sit secundum eandem mediocritatem. Intentio autē nobis sit secundum eandem mediocritatem. Vnde dicitur quod quilibet homo dicitur iustus a quo operatiui iustorum sunt et a quo iusta operantur et volunt iusta. Eodem autē modo et de iniusticia. a quo operatiui iniustorum sunt et a quo iniusta faciunt et volunt iniusta. propter quod et nobis primum ut in typo supponatur hec. Neque enim eundem debet modum et in scientiis et in potentis et habitibus. potentia quidem enim et scientia videtur contrariorum eadem esse. habitus autem contrarius contrariorum non. puta a sanitate non contraria sed sana solus. dicimus enim sane ambulare quoniam ambulat ut vtiq; sanus existens. Multoties quidem igitur cognoscitur contrarius habitus a contrario. Multoties autem igitur habitus a subiectis. Si enim sit manifesta euectia et cachectia manifesta sit. et ex bene habentibus euectia et ex hac bene habentia. Si enim est euectia densitas carnis. necessarium est et cachectia esse raritatem carnis et bene habens factium densitatis in carne. Consequitur autem ut in multum si alterum multipliciter dicitur et reliquum multipliciter dicitur. puta si iustum et iniustum.

stum. Videtur autem multipliciter dici iusticia et iniusticia. Sed propter propinquam esse equivocationem ipsorum latet. et non quemadmodum his que de longe manifesta magis. Differentia enim multa que secundum videam. puta quoniam vocatur clavis equivoce. et que sub collo animalium et qua hostia claudunt. Sumatur autem iniustus quotiens dicitur. videtur autem illegalis iniustus esse et avarus et inequalis. quare manifestum quoniam et iustus erit et legalis et equalis. Iustum quidem igitur legale et equale. iniustum autem inequale illegale. Quia autem avarus iniustus circa bona erit non omnia. sed circa quecumque bona. fortuna et infortunium. Que sunt autem simpliciter semper bona. alicui autem non semper homines autem hoc orant et persequuntur. Operatur autem non sed orare quidem bona simpliciter et ipsis bona esse. eligere autem que sibi ipsi bona. Iniustus autem non plus semper eligit sed et minus in simpliciter malis. Sed quoniam videtur et minus malum bonum aliquo modo esse. boni autem est avaricia propter hoc videtur avarus esse. est autem inequalis. hec enim pertinet et commune. et illegalis. Hec autem illegalitas aut in equalitas pertinet omnem iniusticiam et commune est omnis iniusticie.

Circa initium quinti li

brici ethicorum. Aristoteles. Querit primo. utrum iusticia sit virtus moralis circa operationes principaliter existens. Arguitur primo quod non sit virtus. quia iusticia est circa res extrinsecas a nobis factibiles. sed habitus circa factibilia existens est ars. ergo iusticia non est virtus moralis. Secundo arguitur quod iusticia consistat circa passiones quod dicitur philosophus in secundo huius. quod omnis virtus est circa delectationes et tristitias. hec autem sunt passiones. ergo iusticia est principaliter circa. Tercio sic iusticia principaliter consistit circa illud quod impedit vel remouet iniustum ab opere. sed illud est passio nos trahens ad hoc quod est vnicuique reddere quod suum est. ergo iusticia est circa passiones. In oppositum est philosophus in textu.

Sciendum prima

s ij.